

**Francisci Carduli Marniensis Ora
tio in funere Reuerendissimi domi/
ni Ardicini. ii. dela porta Cardinalis
Alerien Veri sui.**

S I rationem habere calamitatis meę uoluif
sem Patres Amplissimi: non modo recu
sarem infaustū & luctuosum dicendi ge
nus acerbam et infelicem orationē. Verū
etiam quod multo equius uideretur ac optabilius esset
erepto Ardicino quem uelut clarissimū uirtutis lumen
intuebar: & studiorū meorum fortunarūq; omniū au
torem ac prope gubernatorem uenerabar: in squalore:
lāmētis: luctuq; tacerem. Non quod humanos casus &
naturę cōmunis fragilitatem nō cogitem. Sed illo ad
empto uideor & agere uitā in tenebris: & omnis spes
omnia cōcilia mea perdidisse: atq; ita perdidisse: ut iam
nulla me fortuna uel prospera felicem uel aduersa pos
sit efficere tristiorē. Quis mihi non iure succenseat:
si loqui amplius possim orbatus eo principe qui uestro
in conspectu dicenti mihi prestare facultatē uidebatur.
O spes fallaces: O cogitationes inanes meę. Huccine
tandem studia mea reciderunt: ut ego mihi dolorē uo
bis desiderium eius uiri memoriāq; renouarem. Quo
quanto diutius tanto difficilior egriusq; carebitis. Verū
qm̄ sic mea infelicitas tulit: ut eum pro funere sim lau
daturus: sine quo uitā mihi esse acerbā puto: id aggre
diar: quo iis morem geram: qui hoc mihi flebile bonus
imposuerunt. Tantum a uobis peto Patres Amplissimi
ut me officio lugendi potius q̄ dicēdi studio suscepisse
hoc munus existimetis. Quicquid obmisero (impedi
or enim dolore ne multa dicam) in māsuetudine atq;
humanitate uestra id reponam. Est arduū inter lachry

mas & singultus de ornatissimo uiro sine detrimento
laudum uerba facere. Nouarię in urbe copiosa & uiris
eruditissimis affluenti natus est Ardicinus parentibus
nobilissimis altero dela porta altera Vicecomite. Hinc
familie nobilitas usq; ad hoc tēpus honoribus imperio
rerum gestarū gloria continuata permanfit. Inde recēs
Aui memoria uiri & diuini & humani iuris ut esse in il
la quisq; etate poterat cōsultissimi. Cuius cognita uirtus
in Cōstantiensi consilio fuit: cum principes unum illū
ex omnibus delegerunt: ad quem omnia deferrentur.
Quo quidem tempore ita se gessit: ut postea ul' Mono
gamus a Martino. v. fieret Cardinalis. Memorare pre
claras illius eximiesq; uirtutes: nisi nepos auū ita reprimē
tentaret: ut auus in nepote tanq; in speculo cerni possit.
Ab ineunte etate cum optimū nature habitum lris ex
coleret Ardicinus ibi cogitationes terminauit suas: ut
eadem suis relinqueret ornāmēta: que suus auus sibi re
liquisset. Audiui ego sepe dicentem se cum uiros excel
lentissimos ad imitandū sibi proposuisset: animum &
mentē aui sui memoria confirmasse. Multa nobis blan
dimenta natura ipsa genuit: quibus sopita uirtus conui
ueret. Multas uias adolefcētie lubricas ostendit. quibus
illa insistere sine aliqua prolapsione uix posset. Multa
rum rerum iucundissimarū uarietatem dedit: qua non
modo illa etas sed etiam corroborata caperetur. Ardi
cinus tanto animi robore tanta indole uirtutis ac conti
nentie fuit: ut respueret omnis uoluptates: omnēq; sug
adolefcētie cursum in labore corporis atq; in animi cō
tentione conficeret: ut illud aui exemplo directum iter
ad laudem conseruaret. Ita celeriter antecellere omni
bus ingenij gloria contigit: ut magnam & pontificii &
ciuilis iuris cognitionem in aspectum lucemq; proferre

ret. Vix
uarienfe
uotis pu
ta in eo
bene ge
nus Cy
brosium
hunc c
rit: cur
uenem
undaba
tantum
aliud e
clesie
tis reb
pi cum
dedit.
bus ce
tis aut
dignit
fendit
ficem
est om
sunt in
fixa ra
inclina
pstitit.
lor ind
ficio in
Alerle
nonian

ret. Vix Adolescentia exceſſerat. cum epiſcopum No
uarienſem non ſacerdotes modo ſed etiam ciuitas ipſa
uotis publicis expetiuit. ut facile intelligi poſſit. quan
ta in eo ſignificatio uirtutis appareret. in quo tanta rei
bene gerendę ſpes conſtituebatur. Si Pontius Diaco
nus Cyprianum. Seuerus Sulpitius Martinũ. Leo Am
broſium dignos laude putauerint quod illos Nephiſos
hunc cathecuminum populus ad epiſcopatum uoca
rit. cur ego ſingulare non putem hunc admodum iu
uenem fuiſſe in ea ciuitate. que uiris prudentiſſimis ab
undabat epiſcopum cunctis ſuffragiis designatũ. Hoc
tantum munus pene Adoleſcẽti uelle cõmittere quid
aliud erat. niſi præſentire. quãtus religionis. quantus ec
cleſię propugnator eſſet futurus. Quod deinceps mul
tis rebus oſtendit. Nam Florẽtię uicarius Archiepiſco
pi cum eſſet hoc uirtutis ſpecimẽ hoc indicium animi
dedit. quod interdictum Pauli Secundi non audenti
bus ceteris promulgauit. & maximo periculo ſui capi
tis autoritatem Pontificis & huius ampliſſimi Senatus
dignitatem ſuſtinuit contra Principes ciuitatis atq; de
fendit. Huius celebritate facti nactus eſt Romę Ponti
ficem Paulum. qui de eo ſumma conceperat. Nullus
eſt omnium tam ignarus rerum. qui nõ intelligat quę
ſunt in fortuna temporibus regi. Vna uirtus eſt altis de
fixa radicibus. quę loco dimoueri ſuo nullis temporum
inclinationibus poteſt. Ardicius in omni uita eum ſe
p̄ſtitit. ut quanto maior uarietas eſſet fortunę. tanto ma
ior indies acceſſio fieret dignitatis & grę. Sixti. iiii. bene
ficio in collegium aſcitus eorũ qui ad pontificẽ referũt
Alerienſis epiſcus declaratur Legatus primum in Pan
noniam deinde in Germaniã profectus ita legationem

suam et mandata confecit: ut eius qui miserat opinionē
eorum qui susceperant expectationem superarit. Erat
Imperatori cum Rege Mathia bellum atrox & diutur
num. Alebatur odium cede militū et direptionibus op
pidorū qui federis essent interpretes nisi cōplures ni
bil profecerant. Vnus Ardicinus ingenio & prudētia
sua periculosissimū bellum ad pacem societateq; con
uertit: & quibus paulo ante pax inuisa fuerat: eodē pa
cis autor sibi obstrinxit memoria beneficiū sempiterna
Mitto sedatos interāq; tumultus. Mitto Nursinos ex
multorū annorū dissentione ad concordia reuocatos.
Mitto Perusie interclusas omnis seditionū uias. Mitto
Tiphernates atq; Tudertes partim autoritate compref
sos partim obsequio mitigatos. Ac ne unq; esset homo
natus ad laborem negociis curisq; uacuus: accito in ur
bem Sixtus officium subscribendi delegauit. Quāta id
iusticia: quanta fide administrarit: declaraturus erat Pō
tifex: nisi mors eius optimas cogitatiōes intercepisset.
Innocentius primum negociis omniū legatorum audi
endis exequendisq; p̄fectum: deinde ad subscribendi
munus euocatū in ordine uestro non hominū potenti
um studio non excellētibus gratiis paucorū: sed omniū
uestrum iudicio collocauit. Est illud amplissimū: quod
homini non generi uite nō sanguini cognite uirtuti nō
audite nobilitati delatus est honor: Sed tamen magnifi
cētius est dicere quemadmodū gesserit q̄ quemadmo
dum ceperit Cardinalatum. In quo paucos annos ita ui
xit ut nihil reliqui fecisse uideatur. quod accedere lau
di temporis lōginq; uitate potuisset. Ita iuris & diuini &
humani rationē cū equitate coniunxit: ut natura & que
ac disciplina cōsultus esse uideretur. Integritas uero &
fides ita probata semper: ut quo diplomata quibus ipse
subscriperat peruenerūt: eodem huius hominis fama
penetrarit. Alia multa generis eiusdem cum sint omni

bus nota
ad dom
uir pru
uicissit
tum te
tum bi
dat Co
natū fi
mo q̄
driani
brofius
se num
lomm
ut lec
bus e
sa for
Erat
geba
ua no
doce
ficiu
artiū
didi
mita
esset
nere
stater
ne fi
fiscer
num
refer
non q
facilio

bus nota uerborū ornamenta non querunt. Venio nūc
ad domestica. In maximis occupatiōibus distinguebat
uir prudentissimus rationem officiorum ac temporum
uicissitudinē laboris ac honestissimę uoluptatis: & quā
tum temporis alius epulis profusioribus tribuisset: tan
tum hic sumebat sibi ad recolenda studia līarum. Lau
dat Cornelius Nepos Pomponiū atticum: q̄ nunq̄ ce
natū sit apud eū sine aliqua lectione: ut nō minus ani
mo q̄ uentre cōuiue delectarentur. Laudat Helius Ha
drianū: q̄ litteratos in conuiuiis semper habuerit. Am
brosius Diaconus Atheniensis ad calcenterum scribit
se nunq̄ sumpsisse cibuz sine lectione: nunq̄ uenisse ad
somnia nisi unus ex fratribus sacris litteris personaret
ut lectio orationem susciperet: oratio lectionem. Qui
bus ego uerbis Ardicini laudem consequar: cuius men
sa fons atq̄ seminarium uidebatur omniū doctrinarum
Erat huius omne conuiuium: diligēter audire: quod le
gebatur: semper aliquid proponere: recta suscipere: pra
ua non acriter confutare: disputantem contra se magis
docere q̄ uincere. Deus immortalis quantū mihi bene
ficium dedisse uidebaris: quod uiuebam in illo bonarū
artiū domicilio. Quicquid hoc est in me līarum ibi me
didicisse fatebor semper atq̄ prę me ferā. Inerat illi co
mitas non sine seueritate neq̄ sine facilitate grauitas: ut
esset intellectu difficile: utrum familiares magis eū ue
nerentur q̄ amarent. Cōcursum plorantium & tempe
statem querelarū tanta equanimitate ferebat: ut irasci
ne si cuperet quidem posset. At ne sua beneficētia pro
ficisci ab ostentatione uideretur: clam multorum homi
num inopiam subleuauit. Ad religionem omnia cum
referret: uitam monasticam sibi expetendam putauit:
non q̄ ista non sit hominū generi fructuosior: sed q̄ illa
facilior uideretur & tutior ad salutem: cū pręsertim ex

cellentium uirorum autoritate niteretur. Etenim Basilium cognomento magnum epum in Capadocia Cæsariensem Amphilocheus eius discipulus tradit ad monasterium perfugisse: Gregorius Nanzianus eps homo suorum temporum ingeniosissimus atque eloquentissimus cum successorem sibi delegisset: ruri uitam monachi duxit. Celestinus pontifex maximus contemptis rebus omnibus in solitudine uixit. Petrus Damianus qui multa in suo genere miranda conscripsit: Cardinalatus se abdicauit: ut uitam monasticam sequeretur. Horum exemplo Ardicinus degere id genus uitę uoluisset: quod maxime adamauit. Quotiens Sixto se supplicem obtulit: Quotiens ab Innocentio diuturnis precibus efflagitauit: ut sibi potestas fieret abunde. Quoties hunc ego uidi Patres amplissimi cum legeretur Ioannes Cassianus qui mores Anachoretarum uitamque conscripsit: quotiens hunc uidi cogitatione suspensum teneri: quasi ad illam uitam tranquillam & quietam ipsa contemplatione traheretur. Abiit & diuino satis consilio fecit. Ab Innocentio seuerissimis decretis & uobis maxime annis tētibz reuocatus quid aliud egit: quam ut nihil ab instituto suo faceret alienum. Nam ut omittam triduana ieiunia ebdomadam singularum et quotidianas uerberum acerbitates dimissis a cubiculo ministris & omni remota mollicie in lecto durissimo quiescebat: si est illa quies appellanda: quę assiduīs orationibus dies noctesque iungebat. Incidit in grauissimum morbum. Quo animo: quam medicorum admiratione quinque mensium ualitudinem tulit. Sepe formidine mortis et doloribus qui ex curatione capiuntur animus hominis certo de statu dimouetur. Hic uero cum toto corpore debilitaretur: animo tamen non cedebat fuit laudatis antiquorum mortibus par exitus. Vidi ego deficientem tanta uultus constantia: ut

non ex ui
Ego ne t
corpus e
se cōtue
sempite
patria t
cum re
tempor
lamitol
quibus
rissime
etiam c
sceres.
tem n
Vbi b
disti. V
nis pr
mitu
Omni
hora.
uisca
Ri. Nu
uita d
quand
ma re
tur. d
actę t
unusc
beatit
gendu
pro di
Ego si
am per

non ex uita sed ex domo in domū migrare uideretur.
Ego ne tuos Ardicine labētes oculos uidi: Ego ne tuū
corpus exangue: quod tanq̃ imaginem uirtutis expres-
se cōtueri solebam: terigi. O diem funestum & mihi ad
sempiterni memoriam temporis luctuosum. Quātum
patria tua uulnus accepit. Quatuor intercedunt anni
cum renunciatus illi cardinalis fuissi. Nunc eodem ipso
tempore tui funeris exequiē nunciantur. Infelix & ca-
lamitosa domus: quē habebit ornamenta: quē solatia:
quibus letari ac perfrui possit. Vbi adolescentia præcla-
rissime traducta. Siccine Aui tui uestigia sequebaris. ut
etiam cōmune cum illo tibi domicilium mortis depo-
sceres. Vbi sunt officiosi tui labores. qui nullam tibi par-
tem neq; diurnę neq; nocturnę quietis impartiebant.
Vbi honores in quos uelut meritorum gradibus ascen-
disti. Vbi iustitię uindices manus que famam tui nomi-
nis propagarunt. Vbi studia bonarum artium quę do-
mi tuę florebant. Omnia tecum uno tempore si lucrūt
Omnia uno impetu mors ademit. Omnia una eripuit
hora. Memini. Memini neq; unq̃ illius temporis obli-
uiscar cum redires in Urbem quot lachrymas effudi-
sti. Nunc illam tranquillitatem animi & securitatē quā
uita denegauit morti acceptam refers. Nunc intelligis
quanto melius bonitatis fructus in conscientia q̃ in fa-
ma reponatur. Atq; omnes qui tuo interitu commouē-
tur. desiderium tui contemplatione uite per uirtutem
actę tollerabunt. Ea uel una cōsolatio me sustentat. q̃ si
unuscuiusq; testis est uita non dubito quin perpetuam
beatitudinem sis consecutus: & qui tantopere pro au-
gendis ecclesie cōmodis apud homines laborasti: nūc
pro diuturnitate illius apud deū precibus labores tuis.
Ego si unq̃ officio defui meo: si te aliquid offendi: ueni-
am peto. Tibi dedi quātum maxime potui daturus am

plius: siquid me ipso maius habuisssem. Nunc dare nihil
preter has infelices lachrymas possum. Id restat: id ha
beo: id faciam: ut donec uita exuperabo mea: nunquam de
tuis laudibus contitecam.

Dixi.

Ep
lis
max
do

R

cri Senat
Ro. ec. C
ri in hui
pente: se
tatione
no suge
aures su
quo ter
transse
annis
Fateor
Cum u
propo
me el
multas
acque
mibi li
plicatio
Debin
a. S. V. I
reassign
hi ad o
non scri
comem

Epistola Reuerendissimi Cardina
lis Alerien ad Innocentiū. viii. pont.
maximum super excusatione sua quā
do a Ro. cu. recessit.



Beatissime Pater: Attulit mihi magis Gra
tianus de uillanoua Breue. S. V. cuius lec
tione comota sunt omnia uiscera mea in
tellecta perturbatione mentis. S. V. & sa
cri Senatus Reuerendissimorum dñorum meorum Sancte
Ro. ec. Cardinalium: tum etiam quod animaduerti interpreta
ri in sinistra parte: que non temere: non leuiter: non re
pente: sed consulto deliberaui circa uite mee status mu
tationem. Non est immemor. S. V. quotiens primo an
no sue felicissime ad apostolatum assumptionis pulsauit
aures suas: ut assentire dignaretur ardenti desiderio meo
quo tenebar me ad regularem uitam in aliqua religione
transferendi. Quod cum denegasset. S. V. Sequētibz
annis id sepius repeti: etiam cum lachrymarum effusione.
Fateor quod. S. V. ante Cardinalatum repulit petitionem meam:
Cum uero etiam post Cardinalatum ignis ille sancti huius
propositi arderet in pectore meo: mense Aprili proxi
me elapso nouas preces. S. V. pro ea re obtuli. S. V. post
multas rationes contra petitiones meas allegatas tandem
acquieuit: & uiue uocis oraculo ingrediendi religionem
mihi licentiam impartita est: quam postea per duas sup
plicationes manu eiusdem. S. V. signatas denuo concessit.
Dehinc cum appropinquaret dies recessus petii denuo
a. S. V. licentiam pro recessu meo quam. S. V. etiam cum
reassignatione diei gratiose concessit: & benedixit mi
hi ad osculum sacratissimorum pedum admissio. Hec
non scribo Beatissime pater ut existimem opus esse ea
comemorare. S. V. que cordatissima est: uerum ut intelli

gant qui aliquid de me finisiri suspicantur. me non re-
pente. nō precipitanter. nō leuiter motum fuisse Nec
debet mirari quisq̃ nec nouum aut temerariū id existis-
mare. cum etiam inter Romanos Pont. ab ecclesia Ca-
nonizatos reperiatur qui idez fecerit Celest. nus. v. qui
sanctus Petrus de mirono nuncupatur. Legitur etiam
ad priuatā & religiosam uitam transisse sanctus Hie-
ronimus Ro. ec. pbr̃ quē ferunt Cardinalem fuisse. De
Petro Damiani qui licet non sit inter sanctos relatus tñ
pro sancto honoratur. Habetur ex libris per eum edi-
tis quos ipse legi ipsū ex Cardinali & ni fallor etiā Epō
Hostien factum monachum fuisse. De summi pont. li-
centia. an uero hmōi licentiam a sacro Cardinaliū Col-
legio habuerit non memini. Ego ab eodē collegio hāc
licentiam non peti. & non sum ratus adeo imbecillem
& infirmam uicarii potestatem ut nō posset prēbere ac
porrigere manum uolēti saluti animę suę honestissimo
modo consulere. Ego enim q̃ in arduis pontifex tenea-
tur consulere collegiū non infitior. tamen petenti sibi
nisi quod salutem animę concernit credo solius ponti-
ficis auctoritatem sufficere. Quid est enim Beatissime
pater ingredi & profiteri religionem nisi humiliare &
exinanire semetipsum. & formam serui accipiendo se
usq̃ ad mortem obedientem facere. Exemplo saluato-
ris nostri qui dum id fecit exemplū nobis prebuit. Gre-
gorius Naziazenus Constantinopolitanus ep̃s. ut sciē-
tie & contemplationi uacaret ep̃atum dimisit. Quare
qui me properantem ad religionē accusant etiam hos
accusent si hii peccarunt. Fateor me deliquisse. licet for-
san tantorum patrum exempla. & aducte rationes me
excusabilem reddere possunt. Quod aut̃ dimisso Car-
dinalatus habitu dissimulato habitu me itineri cōmisse-
rim non opinor propterea me notam ullam apud gra-
ues & prudentes uiros cōtrahere potuisse. Nam cum

uellem q̃
prio fratr
etiam in
habitu i
ni alia n
est. cum
uioa p
quam n
uote q̃
semper
pere. a
factura
xpi ui
lute so
sola an
Card
perfe
gione
infcia
redd
meg
posit
& lac
anim
enim
Mise
per in
& cū
lerast
te ocu
& uid
tur ho
posita
tur ex

uellem qđ acturus eram secretissimum fore. idq; pro
prio fratre mihi fidissimo occultasse. existimaui satius
etiam in dissimulato habitu inter ignotos. q̃ cum uero
habitu incedere. & ppter ea a pena & a culpa & ab om
ni alia nota me immunē esse existimo. Si tamen erratū
est. cum id humanū sit. Supplico S. V. ut que mihi gra
uiora peccata dimisit. etiam hoc dimittat. penitentiam
quam mihi pro hoc peccato iniunxerit. non minus de
uote q̃ humiliter suscipiam. Beatissime pater. S. V. que
semper tam tenere personam meam dilexit & tanto
pere. ac multifariam honorauit. dignetur opus suū &
facturam suam in sancto proposito confouere memor
xpi uicario nihil peculiarius esse q̃ cum de animarū sa
lute sollicitum esse. Hic de animę meę salute agitur que
sola ante oculos uersatur. Licet enim exploratū habeā
Cardinalium & Epōrum statum quauis alia religione
perfectiorem esse. existimaui tamen ad inferiorem reli
gionem transitū fragilitati meę tutiorem esse. Non est
inscia. S. V. se animę meę rationem in districto iudicio
reddituram. q̃ longe meliorem reddiderit si humilitati
meę hoc indulserit. q̃ si ab hoc meo ueteri & sacro pro
posito me reuocauerit. In hoc annuat. S. V. humilimis
& lachrymosis p̃cibus meis. nec uelit in amaritudine
animę meę me morte acerbiorē uitam agere. Adeo
enim turbata est ut quod scribo uix satis ipse perpendā
Miserere animę meę pater piētissime. qui mihi sem
per in omnibus affabilis. benignus. & misericors fuisti.
& cū ineffabili clementia meas ineptias tot annis tol
lerasti. & patere obsecro ut importunus petitor sim an
te oculos pietatis tuę. Cōuertere domine aliquātulum
& uide afflictionem meā & considera etiā quō cōsula
tur honori meo. si iam ut ita dixerim ad aratruꝝ manu
posita retro aspiciā nōne oculi omniū in me cōuer ten
tur existimātes me leuiter discessisse. & leuius redusse.

13.703
quibus omnibus per. S. V. sapientissime consideratis di-
gnetur me suo amantissimo et mihi desideratissimo re-
sponso consolari. & reuocatas gr̃as prius mihi benigne
concessas in pristinum statum restituere. Scitura se nul-
lo p̃ciosiore dono hoc tempore me donare posse. quis
enim ipse peccator sim & indignus cuius preces a deo
exaudiantur. Id tñ si impetrauero a. S. V. pro tanto mu-
nere conabor assiduis apud deum orationibus multipli-
cato fenore recōpensare. Quocūq; in loco me uoluerit
esse. S. V. acquiescam. & quicquid mādauerit exequar
Christiq; uicario tanq̃ christo obtemperabo & ab illi-
us obedientia discedere nefas existimabo. Felix ualeat
S. V. cuius sacratissimis pedibus me humiliter cōmen-
do. Ex Roncilionie die secunda Iunii. Mccclxxxix

CPaululum illud quod Benemerenti domi-
no seruus post funera posse uidetur. Damia-
nus Corycius Barba Nouariē piētissimi do-
mini sui memorię pręstare Curauit.

hain x 8511.

Reuer
pi Cōcor
tri in fu
cetu Reu
die. xxv

Rur
sueuerā
repēte
pium a
rene i
mū d
inter l
dicen
ber: q̃
erit q
mī: q
mus
reliq
teger
ne b
oculi
tanti
filii l
fleue
no. h
ponti
bis: n
latus
miser
stan: r
Thur
cos fra
lant ut